



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXXIII. Mantuana primogenituræ seu transactionis. An & quando  
transactionis inita per fravatum vel feudatarium, aut similem, afficiat  
successorem in fideicomisso, vel feudo, venientem jure ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

quod tamen deducebatur ad superabundantiam, etiam in casu quo liquidum constaret dictam cessionem nomine proprio factam esse.

Hinc proinde, ut initio praemissum est, inanis remanebat altera inspectio super iuribus praedictorum cedentium; Et nihilominus quando de hoc agi debuit, probabilius contra dictos de Maluetis respondendum esse dicebam ob speciales auctoritates Alciat. conf. 10. lib. 9 & Menob. conf. 97. num. 90. & Manic. de conjectib. 8. tit. 10. num. 8. ac etiam ob auctoritatem individualem Mart. qui Doctor veritatis dicitur d. conf. 193. ubi plura ducet probabilita fundimenta, quod vocatio ultimogeniti ejus qui plures habebat filios, non conveniat primogenito qui ultimus remanit, dum in contrarium nulla dabatur specialis auctoritas, ideoque dicebam intrare positionem de qua Mart. eodem conf. 18. num. 33. Rot. dec. 721. num. 5. par. 2. rel. & dec. 122. in fin. par. 5. ut doctrinis specialibus contradicentes non habentibus deferendum sit, ubi potissimum non convincantur de aquivoce, ac sint repugnantia principiis; Hec autem super hoc secundo punto ita obicit insinuam, praedictarum auctoritatum allegatione contentus, articulo formiter ac mature non examinato, cum necessitas ut supra non suppeteret, neque hoc usque occasio dedit id particulariter disputandi; Licet enim de super aliquas habeamus decisiones proximas, non tamen illas percutiunt punctum praecisum, siquidem in Arimin. secundo geniture 18. Maii 1654. coram Bichio impress. par. 1. ree. dec. 337. disputatur de casu proximo, sed non omnino incaviduo, idemque in duabus invicem pugnantibus decisionibus editis in Imolo. successionis 14. Martii 1659 & 28. Martii 1660 coram Bichio, & quæ causa per concordiam finem habuit.

## MANTUANA. PRIMOGENITURA

SEV.

### TRANSACTIONIS.

PRO

MARCHIONIBUS FERDINANDO

&

NICOLAO DE GONZAGHIS.

Responsum pro veritate.

An & quando transactio inita per gravatum vel feudatarium, aut similem, afficiat successorem in fideicommissio, vel feudo, venientem ju-  
re proprio independenter.

SUMMARIUM.

**F**AB: series.  
Successor in fideicommissio habet electionem a-

geni, vel a bona alienata, vel contraria gravatum alienante pro pretio.

3. Quod hec secura via sit tunc.

4. An & quando transactio afficiat successorem in fideicommissio.

5. Quod in feudi antiquis pacti & providentie non possit erigi primogenitura.

6. Permutatio non est alienatio prohibita.

7. De consuetudine Mantuana alienandi feuda.

8. Pro regulanda transactione attendatur illius tempus.

9. An in successione feudorum Mantuana fæmine pro-

imigres excludant masculos remotiores.

## DISC. CLXXIII.

**F**euendum Curia Podij usque ab anno 1322. con-  
fessum per mensam Episcopalem Mantua-  
nam Aloysio Gonzaghe primo Mantuæ do-  
mino, hujus adeo propagata familiæ spiriti justæ se-  
riem, de qua in alia Mantuana feudi sub tit. defend.  
disc. 10. & 11. in notabili parte devenit in Joannem,  
qui in ejus testamento condito de anno 1514. fidei-  
commissum ad formam majoratus inter eus filios  
& descendentes instituit. Cumque multis interme-  
diantibus actibus, vel ad rem non facientibus, velim  
discursu præstipotis feudum praedictum ex titulo  
cuicunque permutationis cum aliis bonis de anno  
1622. devenit in Ducem Mantuæ; iste illud reli-  
quit cuidam eius filio legitimato, à quo successor in  
dicto majoratu vendicavit, reservato in sententia  
jure Ducis successoris. Hinc proinde iste litem mo-  
vit, quæ occasio dedit concordia, quæ mediente  
possessori majoratus Dux cessit bubulcas 900. ter-  
rarum, reliquum vero totum ad eius favorem re-  
manit; Mortuo autem transfigente, cum dictus ma-  
joratus dictis Marchionibus delatus esset, atque  
super dicta transactionis substantia ex parte e-  
iusdem Ducis ex remedio l. diffamari lis in eo Sena-  
tu introducta esset, sententia etiam favorabili re-  
portata; In hoc statu ex parte electorum Marchio-  
num de consilio pro veritate ad eorum directionem  
requiritur, respondi, ut sequitur.

Principius controverbia punctus est super vali-  
ditate vel invaliditate transactionis, si enim actus est  
invalidus, ita ut majoratus possessor, illum facere non  
potuerit in præjudicium successorum, intrat de  
plano iuris conclusio, ut successor in fideicommissio  
vel majoratu electionem habeat agendi vel contrâ  
territoriis, in quem ei facta alienatio pro rei fideicom-  
missaria vindicatione, vel contraria gravatum alienan-  
tem pro reintegrazione fideicommissi & quanti in-  
terest alienationem non esse factam, sive scirenter sive  
ignoranter id gestura sit ad text. in l. quidam § finalis  
ff ad trebell. planis qui rogatus ff. de legat. 1. cum  
concord per Parc. conf. 5. num. 26. lib. 2. Cephal. conf. 761.  
num. 14. & 15. Peregr. de fidei art. 45 num. 20. Fusar. de  
fieb. 9. 58. num. 1. & 627. num. 54. Cyriac. conr. 5.  
num. 25. bene Merlin. dec. 831. num. 1. & 2. & 344. num.  
1. Rota in Bonon. successionis 4. Maii 1646. coram Bi-  
chic. § nam pro rata. & in eadem 18. Martii 1652. coram  
Celsi §. iustitia vero inter suas decis. 141. num. 4 & alias  
quotidie.

Atque tali casu, ex duabus viis tunc ac honesti-  
or reputatur illa agendi contraria alienantem seu eius  
heredes, ut bene admonet Cephal. ubi supra, quem in  
proposito laudat Rota in dec. Bonon. succe-  
sionis coram Bichio, impress. dec. 402. par. 9. ree.  
num. 2. & 4. Quod & mihi placet, nequam ex ra-  
tione circuitus considerata per Cephal. sed etiam quia  
tertius, in quem alienatio facta est, de facili poterit

se tutum pretendere ratione ignorantia juxta terminos text. in l. fin. §. ff. de legat. 2. Licet enim ex veriori sententia istius legis dispositio non procedat, ubi unus ex alienantibus & fideicommissi conscius, Neque ubi agitur de fideicommisso seu majoratu eretto in re particulari ut alibi adveretur; Attamen opus est hanc etiam assumere disputationem, quae agendo contra gravatum alienantem evitatur. Et fortius id in praesenti casu dicendum videtur, cum ille, in quem facta est alienatio, sit longè durior ac potentior Adversarius.

Neque ad hunc effectum opus est aliquam discussionem prius facere contra tertium dum indefinitè fideicommissario datur electio unius ex duabus viis, & sic reliquo judicio pendente cum Duce; consultus esset agere contra heredes dicti alienantis, maxime quia Dux sententiam favorablem reportavit.

Econversò autem, si transactio est bene facta, ita ut etiam successores proprio iure venientes afficiat, tunc vanum est de una vel altera via querere, dum neutra competit.

In hoc igitur articulo, An transactio per fideicommissi vel majoratus possessorum facta, successoribus iure proprio venientibus præjudicet; Quidquid antiquiores nostri variauerint; Communis ac recepta est hodiè distinctione, ut id pendeat ab eo, an transactio bona vel mala fide inita sit, ut primo casu afficiat, secundo autem non; Bonæ autem vel malæ fidei cognitio penderat probabiliter dubietatis, quam habere poterat lis seu controversia, super qua transactum fuit; Si enim erat res probabiliter dubia, ita ut incertus esset litis eventus, atque totalis succumbentia timeri poterat, tunc valida est transactio, quoniam ita transigcas prudenter utile negotium pro fideicommissi vel majoratus successoribus gessisse videtur, eos assurando de illa rata per concordiam obtenta, qua cum lite amitti poterat; Econtra vero si malus litis eventus probabiliter dubius non erat, tunc transactio tanquam sonans involuntariam alienationem sub colorato transactionis titulo initiam non præjudicat.

Ut ita distinguendo post plures ab eis allegatos Peregrin. de fideic. art. 72. num. 88. Fusar. de substit. quest. 562. num. 2. plenè Caffili. qui pro utraque parte disputat in tract. de alim. alias 8. tom controv. cap 36. §. 2. late Cyriac. in terminus feudalibus controv. 3. numer. 2. cum sequen., & num. 18. cum sequen., & per tot., ubi docte multis casus distinguunt, atque indubitam credidit validitatem transactionis, quoties cum bona fide resultante à probabili dubietate, concurret etiam assensus, seu licentia Domini directi; Atque hanc distinctionem perpetuo sequuta est Rota Romana præsentim plenè ac docte in Romana successione de Comitiis 26. Iunii 1647. & 26. Iunii 1648. coram Ghilero impress. decif. 44. & 48. post Censul. ad Peregrin. in Romana fideicommissi de Cartulio 20. Novembri 1647. coram Veroßio dec. 123. par. 10. rec. Romana fideicommissi de Barisanis 27. Iunii 1650. coram Ceiso inter suas decif. 10. in Romana donationis 9. Novembri 1650. & 29. Aprilis 1652. coram Roias, in Imolen. prediis 6. Iunii 1653. coram Albergato, in Romana manutentio 27. Martii 1653. coram eodem, in Vrbinaten. pecunaria 11. Februario 1658. coram Veroßio, & in pluribus aliis, de quibus hoc titulo pluries, & sub tit. de feud. decif. 49. & aliis, ita ut videatur conclusio hodiè receptissima, ideoque sit questio potius facti quam juris super dicta distinctionis applicatio- ne, an scilicet controversia esset clara vel dubia, & in qua parte distinctionis facti circumstantiae ostendat versari.

Ad hoc igitur dignoscendum considerare posset primum alienationis actum sub titulo permutationis sequutum de anno 1622. inter Ducem fraternum, ac l'irrum Mariam, & successores ipsorum concordiam initam de anno 1637, inter Ducem roulum primum, & Marchionem franciscum quibus actibus resultant jura & praesentes de Caroli Secundi, super quibus transfexus fuit, enim isti actus aliquam habebant probabilitatem, tunc satis dubitari posset de iuribus chionum Ferdinandi, & Nicolai nunc venientibus, considerando maxime geminationem contractum, cum actus geminati in quacunque semper efficaciore ac fortiori simplicibus resoleant.

Multa ergo pro dicta permutatione subducendi possent. Primo nempe negando factum erigendi in hujusmodi feudi majoratus vel progenituras, per quas successio refringatur ad contraria legem investitura, quæ omnes defensio vocat ex deductis per Schrader. de feud. par. 2. per tot. Rosenthal. de feud. cap. 7. consil. 11. Rec. conf. 93. numeri. 73 & sequen. Manent conf. 92. de quibus in dicta Mantuana feudi sub tit. de feudi 10. Et licet in casu, de quo agitur huiusmodi fidei improprii, & cum facultate alienandi, per consuetudine Mantuana, per quam hac facienda est esse in libero commercio, sive etiam mini assensum, verius videatur fideicommissi majoratus erigi potuisse ex deductis inde. Mantuana feudi sub tit. de feud. decif. 10. Arturini non potest esse articulum disputandum, sed tem opiniōes hinc inde, nam licet una opinione probabilior, hoc tamen non colligat se tardi.

Secundò dici poterit primum alienationis gestum fuisse per viam permutationis cum dicta del. The, quæ permutatione fideicommissi possita non videtur ex deductis per Fusar. de feud. q. 520. ubi ceteri; Et licet respondere valere procedere, ubi permutatione est cum reversione, & non commoda fideicommissi, quæ utilitas faciat in causa de quo agitur non concurrit, attamen redditus test contrarium esse justificabile, vel tem huius dubietates, quod sufficit ad effectum degenerit,

Tertiò dici poterit permutatione prædicta licet factam esse ob consuetudinem Mantuana, per quam non obstante investitura pati, dñevidentia hujusmodi feuda, sive in commercio, cum solo Domini alienanti in agnitorum pretium alienari possit, de qua consuetudine retinuntur omnes DD. Mantuanis, ac etiam firmari, non quod illos allegat in alia Mantuana l'oratio 16. Iunii 1654. & 28 Ianuarii 1656. coram Cons. Ex quod responderi possit dictam consuetudinem per solam prohibitionem legis, non autem obstat in minis prohibito etiam accedit ex deducib. & ac controv. 23. & 324. Manent decif. 10. in dicta alia Mantuana feudi 30. Maii 1652. coram Veroßio, de qua dicto tit. de feud. decif. 10. Attamen causa est, articulum esse disputabilem, ita ut quandoque agebatur in Rota in dicta Mantuana coram proposito haberetur de diverso exitu; Neque dictio cessiones ac modernorum auctoritatis, quæ huiusmodi id clarissim firmant, videntur considerabiles statum, de quo agitur, cum non hodie in rem publicam attendendus sit, sed ille de anno 1622. regni Dethob. dec. 28. n. 11. & 12. a. u. seq. ubi quodcumque Dethob. auctoritas sufficere videatur ad iustificandam

actio, quo tempore attento certum est huiusmodi articulum esse magis dubium.

Quarto fortissime, quia Princeps Mantuae de plenitudine potestatis dicto fideicommissario seu majoratu derogavit; Et licet responderi posset, quod juxta plurium opinionem, id non esset Principi licitum nisi ex juxta causa respiciente publicam utilitatem maximam in feudis, & bonis Ecclesiasticis ab eis iurisdictione exceptis, Attamen, ultra quod contraria opinio videtur magis in foro recepta, ut dis. 148. sub tit. de Regal., durum ac periculosum est de Principiis potestate disputare, maximè coram ius Magistratibus, ut in suo Senatu.

Ideoque huius combinando omnia dicta motiva, quorum relevantia vel probabilis dubietas in uno ad transactionem sufficiendam sufficeret, satis dubitari potest, quod illa sit sufficiens, dum hominem ob scribentium numerum, & opinionem, & decisionum varietatem, ferè nihil in jure clarum dici potest, arque litium eventus semper sunt incerti, ut vidimus in dicta alia Mantuana feudi disputata in Rotra coram Verofio super puncto successionis, an scilicet illa solis masculis deberetur, vel etiam feminæ in eorum exclusionem concurrere possent, quoniam stante regulari natura feudorum in genere, ac etiam stante particuliari natura, seu observantia itorum feudorum Mantua ex deductis per Surd. conf. 502., & in diutibus plenis, ac doctis Senatus Mantuanis decisionibus, una cum subsequente observatione annorum 300. & ultrâ, aliquique circumstantiis concurrentibus, ad veritatem etiam reflecendo, pro claro & indubitate credebatur successionem solis masculis debitam esse non autem feminis in masculorum exclusionem, & nihilominus eventus docuit contrarium, quia pro feminis in masculi exclusionem responsum fuit, ut in decisionibus 29. Novembri 1655. & 25. Maii 1657. coram Verofio, ut advertitur sub dicto tit. de feud. dis. 11., Sive enim bene, sive male, ita sequutum sit, hoc unum est, quod causarum exitus, quoties pendent à nudis articulis juris, sunt semper incerti, ideoque transactiones de facili subsistunt, cum in dubio pro eis sit præsumptio, ac respondendum veniat, ut in his praecisis terminis transactionis factæ per fideicommissum posse fore, ut successoribus fideicommissariis præjudicet, dictum fuit in dicta Romana successione de Comitibus 26. Iunii 1647. & 26. Iunii 1648. coram Ghiderio, & in aliis.

Quare his stantibus, cum res suas habeat difficultates, consultius omnino puto agere, contra hæredes Pirri Mariz, qui primum actum præjudiciale fecit, non autem contrâ Ducem potentiores Adversarium, Atque cum dictis hæredibus, quatenus honesta concordia occasio se offerat, illam non respuerem, cum res suas difficultates habere possit; Cum præsupposito tamen, quod 900. bubulchæ terra per dictum Ducem Joanni Sigismundo in ultima concordia assignatae, cedant ad communum & beneficium majoratus, cum omnes supradictæ conclusiones de transactione substinenta, procedant cum præsupposito, ut quod ex transactione percipitur fideicommissariorum commodo cedat.

## CIVITATIS CASTELLANÆ FIDEICOMMISSI

PRO

DOMINICO TENALIA.

Consilium pro veritate.

De eademi materia, An transactio obstat fideicommissario jure proprio venienti independenter à transfigente.

SYM MARI V M.

- 1 Acti series.
- 2 F Transactio non bona fide inita non præjudicat successoribus in fideicommissu.
- 3 Secus si fiat bona fide.
- 4 Declaratur opinio Castil. & aliorum Hispanorum.
- 5 Quid in feudi.
- 6 Prælatio masculorum feminis intelligitur discretive in qualibet linea.
- 7 Fideicommissum quod pendeat ex conjecturis dicitur dubium.

DISC. CLXXIV.

B Ritus institutus Felicem fratrem, ejusque filios masculos in infinitum, atque masculis non extantibus feminas & descendentes pariter in infinitum, hisque etiam deficientibus, substituit filios Lepidi & Andronici pariter fratrum, eorumque successores in infinitum cum prohibitione alienationis, ac dispositione, quod bona semper stet firma pro cippo, quodque filia feminæ succedere non valeant nisi deficiente sexu masculino.

Decesit post testatorem Felix condito testamento, in quo instituta Flaminia unica filia superstite in dote, seu legitima, hæredes scripsit dictos Lepidum & Andronicum fratres, & sequuta deinde morte Lepidi, superstite Andrea, inter istum ac Andronicum una, & dictam Flaminiam ex altera orta est illa tamen super hereditate Felicis, quam super fideicommissum Britii, composita deinde per concordiam, per quam Flaminia assignata fuit medietas bonorum utriusque hæreditatis; Mortuis autem dictis omnibus transfigentibus, superstitibus solum Dominico unico masculo Andronici filio, & Maria filia Flaminia, pretendere coepit Dominicus veniens jure proprio ac independenter ab Andronico patre, vel Andrea patre, se ut potest à dicta concordia non adstrictum vendicare posse à Maria bona spectantia ad fideicommissum Britii, illi innixus fundamento, quod cum testator voluerit ejus bona semper firmastare pro cippo, atque filias feminas non succedere, nisi deficiente sexu masculino, hinc resultaret ejus vocationem esse claram in exclusione Flaminie seu Maris seminarum. Ideoquæ